Illustris et Magcae Annae a Stemberg Pallatinae Volhiniae aut eius suc-
cessorum Ad officium praesens Castren Capitan Premislien ex tunc re-
cessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere vadia
contracta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debe-
bunt ac tenebunt seque ac suos successores ad eadem omnia obligat e-
undem terminum primum peremptorium terminum et alios omnes consequen-
tes eiusdem Causae terminos semper peremptorios vera infirmitate
pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad Suiciorem vel aliis quibusvis dilla-
tionibus et legalibus impedimentis non differentem ad quietationem ultra pro-
ximos terminos officii praefati Castren Premislien dillationem sibi non
recipiendo nullasque motiones appellationes earumque prosequutiones faciendo
praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspen-
sionibus fatalibus iuris protectione Regni bello Conventioneque et aliis om-
nibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti in-
scriptione ad praemissa omnia mediante.

Zgorzelski Abbatissae Conventus Ia-
roslaviensis Recognitionem Roborat.

Comparens personaliter coram officio Actis praesentibus Castren Capitan
Premislien Generosus Stanislaus Zgorzelski sanus mente et corpore
existens a Terrestribus districtibus iuribusque iurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren Premi-
sliensi quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo palam libere publiceque ac per expressum recognovit. Quia

ipse se

ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibusque ac sum-
mis pecuniariis habitis et habendis Religiosae ac Deo dicatae Annae a Stem-
berg Kostczanka Abbatissae Conventus Iaroslaviensis ac eius po-
steritati inscribit et obligat praesentem recognitionem seu scriptum certum
in Reverendissimae Religiosae ac Deo dicatae Annae a Stemberg Kostczanka
ratione certarum rerum et conditionum in eaque recognitione contentarum
datae ipsi servien de actu et data in Iaroslaw ipso die Festi sancti
Valentini Martyris proxime praeteriti confectae manu sui regentis subscriptae
et sigillatae vadioque duorum millium et ducentorum florenorum polonicalium fir-
matae in omnibus et singulis eiusque recognitionis conditionibus
punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus generaliter
universis tam in toto quam in parte tenere complere exequi ac in-
violabiliter observare eidemque recognitioni et omnibus illius con-
tentis satisfacere praefatam recognitionem ad praesentem inscriptionem
et inscriptionem praesentem ad praedictam recognitionem vicissim in toto refe-
rendo. Idque sub vadio Duorum millium et ducentorum florenorum polonicalium
per praefatum Generosum Stanislaum Zgorzelski et ipsius successores prae-
nominatae Religiosae ac Deo dicatae Annae a Stemberg Kostczanka
Abbatissae Conventus Iaroslavien et ipsius posteris ob non completionem
praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Insuper praefatus re-
cognoscens Generosus Stanislaus Zgorzelski se ac suos succes-
sores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecu-
niariis habitis et habendis praenominatae Religiosae ac Deo dicatae

Anna à Stemberg Kostczanka Abbatissa Conuentus Jaroslauiens.
et ips. posteritati inscribit et obligat praesentibus inscriptionem
praesentem ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad
Acta Terrestria Premislien. ante decursum unius anni trans-
ferre et transportare Idque sub vadio duorum millium et ducento-
rum floren. pecun. polon. per praefatum Generosum Stanislaum Zgorzelski
et ips. posteros praefata Religiosa Abbatissa Conuentus Jarosla-
uiens. et ips. posteritati ob non transportationem inscriptionis prae-
sentis pro tempore et loco supra expressis ad soluendum succumbens
pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad soluendum
succubitt ac pro re aliqua praemissi non completa complendique prae-
missis citatus ex nunc memoratus generosus Stanislaus Zgo-
rzelski et ips. successores ad instantiam praenominati Religiosa Ab-
batissa Conuentus Jaroslauien. aut eius posteri Ad officium prae-
sens Castren. Capitan. Premislien. ex tunc recessu supra scripto quoad
respondendum spectat mediante semper in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare iuri parere vindere vadia prae-
dicta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati
debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad haec omnia obli-
gat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequen-
tes eiusdem Causa terminos semper peremptorios vera infirmita-
te pro maiori minorennitate successorum legione intra vel extra Regnum
Seruitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusuis

dillationibus

Sex 14 fol 6

dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad qui-
etationem vltra proximos Terminos officii praefati Castren. Premi-
slien. dillationem sibi non recipien. nullasque modo neque appellatio-
nes earumque prosecutiones faciendo ac praemissa omnia paenis simpli-
cibus vel tricatis exceptionibus suspensionibus fatalibus iuribus prae-
scriptione Terrestri bello Conuentioneque et aliis omnibus iuris re-
mediis et defensis non subterfugiens Hac sua praesenti inscriptione ad
praemissa omnia mediante.

Ligeza Castellano Sendomiriensi Obligat

Ex cod. Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitanea-
libus Premislien. Generosus Joannes Ligeza de Bobrek olim Generosi Andreae
filius sanus mente et corpore existens a suis districtibus iuri-
bus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens
huicque autem iurisdictioni Castren. Capitan. Premislien. quoad actum hunc
praesentem se cum successoribus bonisque suis omnibus plenarie incorporando
palam libere ac perexpressum recognouit. Quia ipse nomine suo et Ge-
nerosi Hiacinthi Ligeza fratris sui germani pro certis rationibus
cauet et se praesenti sub vadio infrascripto inscribit bona sua et praefati
fratris sui haereditaria indiuisa videlicet totam et integram villam
Zwienczyca cum Curia et praedio ibique sitis sequentem et praefatum
fratrem suum post praenominatum patrem suum concernens siue aliis quouis
modo acquisitis in terra praesenti et districtu Preworscen. consistens
cum omni praemissionem iure dominio et proprietate cumque omnibus et
singulis bonorum praefatorum vtilitatibus fructibus prouentibus aquis